

næ sectionem si prima vice non satis euacuaueris.

Si paululum ad se redeat æger, & loqui incipiat, vi-
résque recolligat, istis purgantibus vtemur medicamen-
tis. A mitioribus autem clysteribus primùm auspicabi-
mur. Præparantibus autem medicamentis hic non vte-
mur, eò quod morbus non dat inducias; versus declina-
tionem tamen præscribi poterunt.

AVERTENTIBVS.

Clystere ex betonica, saluia, roromarino, stœchade, hys-
sopo, foliis lauri, maioranæ, ruta, centaurea minori,
pulegio, seminibus fœniculi, anisi, colocynthide, hie-
ra diacolocynthidos, hiera picra, logodij, polypodio,
senæ, sale, oleo rutaceo, laurino, camomelino.

Venæ sectio.

Suppositorio aluus subducatur interea temporis quo
clystere paratur, quo etiam vtetur si clystere non reii-
ciatur, ex hiera Galeni, logodij, agarico, elleboro.

Ligaturæ dolorificæ arctissimæque fiant partium ex-
tremarum, vt facultas consopita excitetur, vtque ho-
rum dolorum vehementia natura irritata expellan-
tur ea quæ parant obstructionem in cerebro.

Frictiones duræ multæque cum linteolo asperiori, nec
non corporis agitationes concussionésque fiant vali-
dæ circa collum, vbi arteriarum venarūque conge-
ries est. Vniuersū etiā agitabitur corpus, cùm aliquid
subinde cōcidat apoplecticorū more, propter obstru-
ctiones leues; tuncque sperandū est, quod hę obstru-
ctiones potissimū leues, ex corporis ipsius agitationi-
bus discutiētur, naturalisq. vis excitabitur, sanguis quoq.
atque humores fundētur, cōgelarique prohibebūtur.

Pilorum vellicatio fiet tum barbæ tum pubis.

Cucurbitulę quoque lumbis, scapulis, natibus, venis iu-
gularibus, inferioribꝫque partibus, hypochondriis ex-
ceptis (ne musculis abdominis impedimento simus, qui
respirationi inseruiunt) applicentur, aliquando leues,
subinde etiam cū scarificatione, modò venæ sectionē
vires non patientur, aut venæ ita lateant, vt admini-

F iiij